

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

Amor sui.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

iubet si bonitatē fecerimus? Vtique si de ista terra loqueretur quā inhabitamus, & qui faciunt bonitatē & qui non faciunt habitāt eam. Sed videamus ne forte illā dicat terram de qua scriptū est quia semen aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructū centupl. &c. Hanc ergo iubemur inhabitare & consistere in terra animæ nostræ terminos, & considerare eā diligēter, & effici eius agricolas, & excolere terram quæ intra nos est, nostræ animæ nouare noualia, & non ferere super spinas &c. Et sic erit quod sequitur. Pasceris in diuitijs eius. Hæc ille. Diuitiæ autem & gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ.

Quoniam magnum ad veram sui ipsius cognitionē impedimentum amor sui est, ideo Nathā Propheta sub alienæ personæ nomine Davidis flagitiū ei proposuit, vt facile damnetur in alio quod in se hoc amore obæcatus, minus forsitan damnauisset. Similique figura mulier Thecutes vsa est, vt Davidis animū ad ignoscendum Absaloni inclinaret: vt videlicet quā sententiā in aliena causa tulisset, in qua ab hoc affectu immunis erat, eādē in propria ferret, in qua hoc affectu impediēbatur. His exemplis vit prudens facile intelligit quam sit difficilis perfecta sui ipsius cognitio propter proprii amoris mentē obæcantis impedimentum: quod declarauit in oratione sua Salomon cū ait. Tu solus nosti cor omnium filiorum hominum. Vnde Paulus. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autē iudicat me. Dominus est. Huc pertinet & illud, spirituum ponderator est Deus. Et illud, scrutans corda & renes Deus. Et, Abyssū & cor hoīs inuestiganit. Iūxit abyssum cordi, vt vtriusque profunditatem designaret. Item. Prauum est cor hominis, & inscrutabile: quis cognoscer illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes. Emphasis quoque habent illa verba. Et quia non opus erat vt quis ei testimonium præberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Nemo ergo inter homines sibi arroget quod propriū Dei, nisi eius fuerit beneficio ad hoc eruditus.

amor sui
Nemo potest mobilia diligere, & ipse immobilis stare. Gre. in Mor. lib. 8. c. 28.

Si Quid

Quid laboriosius quam terrenis desiderijs æstuarè: quid quietius quam nihil appetere? Ideò dicitur. Et inuenietis requiem

Auguſt. &c. Greg. 18. mor. c. 27

Duas ciuitates faciunt duo amores. Hierusalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor sæculi. Interroget ergo se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis: & si se inuenit ciuem Babylonie, extirpet cupiditatem, plantet charitatem: si autem se inuenit ciuem Hierusalem, toleret captiuitatem, speret libertatem. Aug. super Psal. 64.

Inhabam honoribus, lucris, coniugio: & tu irridebas: patiebar in eis cupiditatibus amarissimas difficultates, te propitio tãtò magis, quantò minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Aug. Confess. lib. 6.

Duo amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis, alter amarus, nõ se simul i vno capiunt peccatore. Et ideo si quis præter te aliud diligit, nõ est charitas tua Deus in eo amor dulcedinis, & dulcedo amoris, amor nõ cruciās, sed delectans. Aug. in Medita.

Volumus vt nullæ sint concupiscentiæ, sed non possumus. Velimus, nolimus, habemus illas: velimus, nolimus, titillant, bladiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur, quamdiu caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Idem de verb. Domini ser. 49.

Bernar.

Dominus communi disciplina, communi vita, communibus studijs delectatur. Vsq̃ue quò miser diuerticula captas, & consolationes propriæ voluntatis tanto labore quæritas? tanto rubore mendicas? Et quid faciam inquis? Eijce ancillam, & filium eius. Bern. in sermo.

Singularis ad omnia sua strenuus, ad communia piger, vigilat in lecto, dormit in choro. Idem de 12. Grad.

Autor

&c.

Anima per odium mundi & sui proficit in amorẽ Dei & proximi: & per contemptum temporaliũ & inferiorũ, crescit in desiderium æternorum & superiorum. Autor de Spiritu & anima.

Clima.

Amicus ingratus ac dolosus caro est: & si fauceatur, amplius scdit. Clim. Grad. 9.

Maximus

Amor sui est corporis ratione carens amicitia, ex qua quidẽ nascitur gulositatis ratio, & inanis gloriæ cupiditas. Exijs autem nascitur vniuersus malorum numerus. Maximus.

Primus

¶ Primus charitatis actus est, diligere Deū: secundus, odisse peccatum: quo enim quisque amore diligit vitā, eodē gradu dictio nis odit mortem. Post odiū vero peccati, cōsequēter sequitur fo- mitis & carnis nostræ sanctū odiū: quādoquidē hæc peccatorū omnium semina sunt. Qui enim odit peccatum, omnia quoque peccatorum odisse manifeste debet. Hoc est enim S. Catharina Se- nenſis, mortis iam proxima dixit. Hoc omnes Sancti exemplo suo docuerunt, qui carnem suam varijs modis tanquam inte- stinum & perniciosum hostem semper insectati sunt.

Contra eos qui immodico sui amore sibi nimium indulgent, faciunt illa Salomonis verba. Qui delicate à pueritia nutrit ser- uum suum, postea sentiet eum contumacē. Diuturna enī cōsue- tudo quæ à pueritia cœpit, & cum ipsa ætate adoleuit, difficilli- me superatur. Ideo Apostoli Dæmonem illum eicere non po- tuerunt, qui ab infantia pueri corpus obsidebat.

Vehementer suspectus est regi miles, qui cum capitalib. hosti- bus suis vel clādestina miscet colloquia, vel iungit amicitias: cum illi fidus maximē regi habeatur, qui eius hostib. insensibilis sit, & irrecōciliabiles cū eis gerat inimicitias. Cū igitur caro no- stra propriaque voluntas truculentissimi Dei hostes sint: qui ad- uersus ei⁹ scita atq; decreta cōtinēter bellum gerunt, fidelis utiq; Dei seruus sēpiternas cū illis inimicitias gerere dēt, & nunquā illis, nisi sola necessitatis cā obsequi: semper autē illis in omnib. penē reb. aduersari. Hoc autē typicē Dominus præcipit, qui, Nu- mer. 25. ait. Hostes vos sentiant Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt cōtra vos, quando videlicet carnali illecebra inductos, ad sacrificia sua vocauerunt. Hoc idem ad carnem & propriam voluntatem nostram dictum esse putemus: quæ nos toties cū- piditatibus suis illectos in multa scelera præcipitarunt. Vxor quæ deserto viri thoro adulterum sequuta, cū eo lōgo tē- pore versata est, si pœnitentia ducta ad virum reuersa, & clemē- ter ab eo recepta fuerit, quid facere dēt, quo viro plenē satisfaciat? Nimirū acerbissimum, aduersus adulterū illum odiū præ- se ferre, quod videlicet & viro p̄pteritis cōmissis satisfaciat, & se- cūiorē eū in posterū reddat. Quo enī maiori aduersus illū odiū incāduerit, hoc à simili scelere lōgius aberit, quod solo inhone-

sto amore cōstatū est. Si em̄ aliqua in re illi eā gratificari senserit, & amoris illi significationē ostēderit, suspectam fidē suā virg facit. Cū igit̄ caro nostra nos toties à Deo adulterari fecerit, ubi in illi⁹ gratiā misericorditer recepti sumus, qđ aliud quā cōtineret aduers⁹ carnē hāc bellū gerere debemus, & hostili aduers⁹ eā odio dissidere? Quia verò illā alere & sustētare p̄cipimur, alamus t̄m illā quod illi negare nō possumus obsequi, tamē illi & indulgere, & voluptate afficere, velut prodicionis cuiusdā & spiritalis adulterij instar esse arbitremur. Non enim molliter & amāter tractare illam cōuenit, quæ nos toties à Deo adulterare cōpulit.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Ex his verbis sic D. Bernardus breuiter argumentatur. Nihil ergo est, quod nō sit propter Deum. Vnde qui esse vult sibi, non Deo, nihil esse incipit inter omnia.

Vnaquæque res naturalis habet intra se formā quæ illi dat esse, quæque velut seminarium quoddā est, omnium quæ illud esse consequuntur. Quod enim in arboribus radix, hoc in vnaquaque re naturalis forma est. Vnde sicut diuersæ radices, diuersas quoque arbores, proceritate, folijs, fructu, colore, sapore, cæterisque producunt: ita dissimiles rerum formæ dissimillima in rebus accidentia pariunt. Nunc quoniam vix aliud in mundo quā labores & peccata, hoc est, culpas & culpārū vltices pœnas videmus, quærendum est, vnde hæc tanta malorū seges oriatur. Verum vtriusque mali huius facilis inuentio est. Peccatorū quippe omnium seminarium amor sui est: pœnarū verò atque dolorum voluntas propria. Quisquis enim peccat, propter commodū aliquod captandum, aut incommodum fugiendum peccat. Quod verumque amoris proprij est. Quisquis vero mœrore afficitur, idē sic afficitur, quia nō alsequitur quod vult. Sicut enim voluptas omnis ex fructu alicuius rei vehemētius appetit: oritur, ita mœror omnis tunc existit, cum non est concessū potiri his rebus, quas ardentem exquirimus. Quæ cum ita sint, consequēs est, vt quisquis peccata vitare velit, ad radicē lethalis huius arboris securim ponat, radicē enim amoris proprij abscissa (quatenus in hac fragili carne fieri possit) rami deinceps peccatorum arescēt. Simili quoque ratione, qui placidam & nullo sæculi mœrore respersam vitam degere vult, studeat quantum potuerit, propriam à se

à se voluntatem abdicare: quod vbi fecerit, iucundissima quiete perfruetur, nihil enim habet in hoc sæculo cur dolere debeat, qui de sæculo nihil cōcupiscit. Sicut enim cœlestis patriæ felicitàs est, honorū omnium cōpotē fieri: ita viē velut felicitàs qdā ē, nihil ex sæculo cōcupiscere. Eiusdē em̄ penē felicitàs est, omnia possidere, & nihil ex omnib. concupiscere. Et illud quidē impossibile: hoc verò Deo iunāre, ī manu mea posītū est. Vnde Seneca. Quare (inquit) à fortuna potius impetrem vt det, quam à me ne petam? Rursumque idem, nihil interesse ait, an habeas, an non concupiscas: sicut idem est, vt vel comedas & facieris, vel nō esurias. ¶ Cœterum quoniam reuera propria voluntas & amor sui (quamuis nominib. distinguantur) idem pene sint, sequitur amorem sui vt omnium peccatorum, ita etiam dolorum omnium causam esse. Sic enim diuina sapientia disposuit, vt eadem & culpārum omnium & pœnarum radix & origo esset, vt quoniam, propter culpam pœna decreta est, quod parit culpam, simul pariat & pœnam. ¶ His ita constitutis, facile est intelligere quod saluator ait. Discite à me quia mitis sum, & h. c. & inuenietis requiem animab. vestris. Quia enī tota Christi doctrina in resignatione & abdicatione propriæ voluntatis posita est, hac ipsa voluntate compressa (quam laborum omnium seminarium esse diximus) quid superest, nisi vt placidam vitam laborum atque dolorum sæculi expertem agamus.

Qui cupiditatū suarum mortificationi studet, necesse est, vt ad hoc præstādum sancto cōtra se sui odio armetur. Difficulter. n. cupiditates suas frenabit, & carnē suā crucifiget, qui tenerē nimium eā diligit. Cuius rei locupletissimū extat in Dauide exēplū, qui quoniā vehemēter Amōnē filiū primogenitū diligebat, obiurgare fœdissimū eius incestū noluit, ne quem maximē diligebat, obiurgatione cōtristaret. Vide quid immodicus amor faciat?

Amor terrenorum.

Qui defluere deuitat, fugiat quod defluit: ne per hoc quod auiat, in hoc cogatur deuenire quod vitat. Illo enim trahitur, quo tendit, quod tenet. Greg. 22. Mor. c. 2.

Animus mutabilia transcendens, in mundo extra mundum est. Sanctus dum solam appetit æternitatem, infra se habet omne quod transit. Greg. 22. Mor. c. 14.

St 3 Qui